Lwowska Naukowa Biblioteka im. W. Stefanyka NAN Ukrainy. Oddział Rękopisów. Zespół (fond 5 opis 2).

Autografy Biblioteki Zakładu Narodowego im. Ossolińskich

.

19. August II. Podpis na nominacji Samuela Błażowskiego, kasztelana krak. na miecznika przemyskiego 1710.

STRONY NIEZAPISANE NIE ZOSTAŁY ZDIGITALIZOWANE

BRAKUJĄCE NUMERY AUTOGRAFÓW ZOSTAŁY PRZENIESIONE DO INNYCH ZBIORÓW LUB ZAGINEŁY

19.

Augustus II Dei Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Litvaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kyoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolensciæ, Severiæ, Czerniechoviæq; Necnon Hæreditarius Dux Saxoniæ et Princeps Elector

Significamus præsentibus Literis Nris, quorum interest universis et singulis. Quia nos eximia merita Gnosi Samuelis Blazowski Commilitonis Cohortis Ilr̃is Castellani Sacovien. Supremi Ducis Exercituum Regni, quæ sibi resolutione militari, Majestatem Nram et Libertatem Reipcæ tuendo gloriosè accumulat, favore Nostro Regio prosequentes, eumq; ad ulteriores pro Patria conatus allicere cupientes; faciendum esse duximus. Ensiferatum Præmislien. post fata Generosi Martini Lazninski Ensiferi Præmislien. vacantem et ad Nostram dispositionem devolutum daremus et conferremus, uti quidem cum omnibus Juribus, Prærogativis, immunitatibus et obventionibus, ad hoc munus de lege et antiqua consvetudine spectantibq; damus et conferimus præsentibus Literis Nris eiq; ad extrema usq; vitæ suæ tempora vel majoris alicujus Dignitatis assecutionem. Quod omnibus quorum interest, præsertim verò Dignitarijs, Officialibus, totiq; Nobilitati Terræ Præmislien. ad Notitiam deducentes, mandamus, ut ab hoc tempore Memoratum Samuelem Blazowski pro vero, Legitimo et indubitato Ensifero Præmisliensi habeant et agnoscant Eidemq; de Juribus Prærogativis, Immunitatibq; obventionibusq; ad hoc Munus de Lege et consvetudine spectantibus respondeant et ab alijs responderi curent pro Gratia Nra Regia, et officiorum suorum debito. In quorum fidem Præsentes manu Nra subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Die Mensis Anno Dni MDCCX. Regni verò Nri XIV anno

Augustus Rex

INSTYTUT OSSOLIŃSKICH

Ensiferatus Terræ Præmisliensis post fata Gnosi Martini Lazninski Ensiferi Præmislien. Gnosi Samueli Blazowski Commilitoni Cohortis Hastatæ confertur.

X

Skanowanie i opracowanie graficzne na CD-ROM :

DIGITAL – CENTER

ul. Krzemowa 1
62-002 Suchy Las
www.digital-center.pl
biuro@digital-center.pl
tel./fax (0-61) 665 82 72
tel./fax (0-61) 665 82 82

Wszelkie prawa producenta i właściciela zastrzeżone.
Kopiowanie, wypożyczenie, oraz publiczne odtwarzanie w całości lub we fragmentach zabronione.

All rights reserved. Unauthorized copying, reproduction, lending, public performance and broadcasting of the whole or fragments prohibited.